eis: sicut sub necessitate custo-  
direrūt nec eis ad satieratē  
vescerentur. Subdit autē ratio-  
nem quare tunc vſi sunt az-  
misi: cum ait: Neq⁹ enim pore-  
rant fermentari / scilicet pcedi-  
cti panes: cogentibus eos ex-  
ire Egyptis / et nullam sien-  
tibus facere mozam. Ac si di-  
cetur / qđ si voluissent nō po-  
tuissent transgredi legem de poce duarum horarū: aut plus  
comedendis azimis septē dies / in quo pasta diligenter coo-  
bus / nec pulmenti: id est alite: perta virtute fermenti intume-  
tus cibi / qđ panis quicquam scit et excrescit. Unde fermenta-  
tum

## Clausula quinta. fo.ccx.

sum dicitur de feruē ferues. men se inde onerantes.  
Qđ si pri⁹ sumatur dicta pasta. Tertium dubium oritur p-  
ropter fermentem / panis in-  
de confectus non sapit naturā  
panis fermentati: sed azimi. i.  
dulcis. Sic autē fuit in propo-  
sito de filiis Israel. Nā polt⁹  
consperserunt farinā vnuſq⁹ seg-  
in domo sua / priuſq⁹ debite fer-  
mentaretur / compulsi sunt ab  
Egyptijs exire de terra illa.  
Qui volētes ſibi prouidere de  
cibo / eo qđ exiſti erant de ter-  
ra illa / in qua habebant copiā  
farine / et ignorabāt si cibos in-  
ſinuerint in via / quā facturi  
erant / sumpererūt secum farinā  
conspersam / priuſq⁹ fermentata  
reſtitueret / ſicut fermentari.  
ut dicunt / eo qđ habuerūt ſpatiū  
expectandi / qđ fermentaretur  
perfecte et debite. Cum autem  
effent in via / coperint dictam  
pasta / ne de facili putreficeret:  
ut dicū est / faciendo inde sub-  
cineritos panes / eo qđ nō ha-  
bebant furnos ad coquendū:  
ut dictum est.  
Secundum dubium oritur  
propter illud ſequēs verbum /  
vidicetur: Et ligāſiſ pallijs  
poluit ſig⁹ humeros iuſos. Sed  
numquid habebant lumen ſu-  
per que poterant imponere hu-  
midoſi pastam / maxime cum  
dicatur in litera / qđ habebant  
animantia diuersi gnis multa  
nimis. Stulte / qđ le grauabant  
taliſarcina. Dicendū / qđ iunē-  
ta cum deferebāt ſupellec-  
tum eorum / atq⁹ paruulos / et ſe-  
nes non potentes cōmode am-  
bulare pedibus fuſi. Et ideo qđ  
fores erāt iter eos / et robūt⁹  
deferēbant hīndi pastam quo-  
tunc vſi sunt / nescimus que et  
uſo inde facti ſunt ſubcineris  
tij panes azimi: moderate tas-

D ij locut⁹

## Exodi duodecimo,

Locuti sunt vestites tamen omnes pter illud verbum: Profecti ergo sunt filii Israel de Rameste in Sochot et. Queritur ergo cur Egypti non sunt eos insecuri et persecuti sicut postea fecerunt quando submersi sunt: ut posse dicatur? Dicendum quod non sunt eos insecuri propter multa. Primo quidem quia et dicit Petrus Comest. multi eorum sepelebant mortuos suos. Secundo vero quod Hebrei erat in maxima multitudo ut transgittere in litera et optime armati. Quia ut dicitur in fine sequentiae capituli. Armati ascenderunt filii Israel de terra Egypti. de hac tamen armatura discetur postea per amplius. Praeterea autem nondum fecerat cogere exercitum contra eos. Vultus enim Egypti penitabant de eo quod fuerant eis ita crudelis. **C** Sextum dubium mouetur propter illud verbum: Sed et vulgus promiscuum innumerabile ascedit cum eis. Cetera hoc potest sic instari. Sacra scriptura non debet continere aliquam falsitatem: quia si aliqua falsitas in ea reperiretur: tunc vobis esset de falsitate suspicita secundum Augustinum qui lib. vii. confess. dicit sic: Si aliquid falsum esset sacra scriptura: omnia perfiditatem mendacio negat in illa via fidei falsus generi humano remanaret. Ita ad Hieronymum scribens epist. ix. ait: Si inquit ad sacras scripturas admissa fuerint officiosa mendacia: quid in eis remanebit auctoritas? Pater ergo et sacra scriptura non debet continere aliquam falsitatem. **C** Quintum dubium propositum est quod innumer-

## Clausula quinta. fo. ccxj.

numerabile vulgus promiscuum los ad hospitium quod compulsa ascendit de Egypto cum Hebreis: eo quod nullus vulgus est in brevis: cito non sunt eos insecuri et persecuti: dicente domino scriptura Sap. vi. Omnia in Octauum dubium mouetur mensura et numero et pondere propter illud verbum: sicut pulmentum et signanter per partem quidam et quo ad hominem uulsi suis sicut panes subcineres: siue quia non potest facilius numerari. Primo modo que preparari poterat. Dicendum quod adeo timebant sequentiam insinuorum suorum Egypti: quod de preparatione pulmentum et signanter per partem grandis arenae que est in littore maris. Item de stellis: sed tantum de preparatione panis: tandem necessarius: sed cibus simpliciter necessarius: celli. Unde Abraham dixit dominus Gen. xv. Numeras stellas celli ut potes sic erit semen tuum. Predicata igitur multitudine vulgi dicta est innumerabilis: sed tantum de preparatione panis: tandem necessarii cibis ad sustentationem humanae vite. Parvulus autem nondum validus: non simpliciter: sed quia de facilis numerari non posset. **C** Septimum dubium est de numero annorum quibus filii Israel manserunt in Egypto. hic enim dicitur exire Egypti. huius contrarum videtur posse trahi ex predictis. Dicatum neque est supra anni. ca. q. Moyses dicit ad Pharaonem. descendentes oes seruit in Egypto. hic enim dicitur ibi manserunt quadrageatis trigesima annis. Gen. autem xv. dicitur. Dicatum neque est supra anni. Sic enim ibi dicit dominus ab Abraham. Scito preconoscens: q. peregrinum futurum sic dicentes: Egregere tu et omnis populus qui subiectus es tibi. non ponuntur nisi quadrageatis anni. Sic enim ibi dicit dominus ab Abraham. Scito preconoscens: q. peregrinum futurum sic dicentes: Egregere tu et omnis populus qui subiectus es tibi. post hec egrediemur: suppletum quadrageatis annis. Ita quasi rogati et quasi sponte. Accurio. xliii. ponitur aliud natus annorum. Nam ibi Paulus iiii. Israel cogentibus exire Egypti: hic dicitur. Dicendum: q. ly cogentibus non debet accipi: ita: sed saris latrone: vt idem sit quod instanter rogarere et precari. Sic enim accipitur cogere Gen. xix. cu dicitur ab Abraham inquit ante angelum: Allegando Augustinum. Ad hoc dubium respondet dominus Petrus de Pal.

D iii et ponit

## Exodi duodecimo,

et ponit originali sup Exodū. eratū hominū p quos deducit  
q. xlviij. q. lxi anni nō sunt cō genealogia filiorū Israēl inci-  
putant ab ingressu filiorum plendo ab Abrahā: vñq ad di-  
Israēl in Egyptū: vt ibi suffi- cturnerūt de Egypto. Petri-  
citer probat. Sed iste nume- aut Comelior dicit dictos an-  
rus incipendus est secundum nos fluisse vñq ad legē datā.  
doctores catholicos) a repte Quā quidē suppurationē bre-  
quo Abrahā recessit de A- uitatis gratia pertransi. Ha-  
rā ad venientū in terrā Chā- diratio ergo filiorū Israēl qua-  
naan: in qua ipse & filii eius ha- māserunt in Egypto: non fuit  
fecūdū totū illū tēpus de quo  
fauauerūt pegrini vñq ad de-  
scensum in Egyptū. Uel vt alii  
sit hic mentio: sed tñ secundū  
clarius dicūt: compurāti sunt  
magnā partē illius. Modo to-  
dicti. cccxx. anni (postmodicū  
ad Eusebiū t. August. vt habe-  
tur in gl. odi.) a promissione  
facta Abrahā: quando quide-  
dictum est illia dño. Gen. xi.  
Egredere de terra tua rē. Se-  
quitor & veni i terrā sup. Cha-  
naan. Quia secūdū Augustinū  
vbi supra Post. Sal. iii. cum  
fidem Abrahā commendaret  
in ea promissione qua tūc pro-  
misit ei deus & benediceret  
in eo omnes tribus terre: hoc  
autē (quicq) dico testamentū  
firmitatē a deo q post. cccxx  
annos facta est: nō irruat facit  
ad evacuandam promissiōnē.  
Item alia litera quam habet  
hi Augusti dicit q incolatus  
filiorum Israēl in terra Egyp-  
ti & in terra Chānaan: et quo  
scilicet a predicta promissione  
peregrinari ceperunt patres  
eorum in terra Chānaan: & pos-  
tea dicit filii i Egypto vñq ad  
regressum eorum in terrā Chā-  
naan: & liberationem totalēm  
de Egypto: ascendit ad predi-  
ctū numerū annōrum qui ponit  
in litera. s. cccxx. hoc auarem  
diffuse probat Eusebius & Au-  
gustus & multi postillatores post  
eos p suppurationē annorum

Deut.

## Clausula quinta. Fo. ccxij.

Deut. vbi supra sic addit: Et tur: Nox ista est obseruabilis  
ecce nūc multiplicavit se dñs domini: quando eduxit eos de  
de scie astra celi. Sic enim p- terra Egypti. Q̄ si de nocte  
misericordia ipse dñs Abrahā: ergo non eadem die egressus  
neq. xv. dicens: Suplice celi et est populus de terra Egypti.  
numera stellas si potes: dixit Dicendum: q̄ ut dicit Petrus  
et: Sic erit semet tuum Aug. Comelior intelligendum est  
etiam post diffusae ostendit in q̄ nocte eductos id est ad mane  
missionibus sup Exod. q. xlviij. q̄ ergo non eadem die egrediendum ab Egyptis fu-  
pidi anni quadragesimā tristi- issi nocte compulso. Mane er-  
ta sunt accipiendi ab exitu A- go egressus est populus cui es-  
brahe de Aram & adiuētu i ter- tiam preceptum fuerat q̄ nul-  
la Chānaan: vñq ad exitū si- lus egredieretur oltum do-  
lior Israel de Egypto: rādem- nus sue usque mane: sed no-  
ad propositum dubiū precedē- ce se dispositus ad egredi-  
tis dicit sic: Restant centū qua- dum. Uci dic i q̄ forte no-  
draginta quartu vel quinq̄ ce ceperunt egredi. Sed es-  
anniquib⁹ intelligit seruise i gressus rante multitudinis nō  
Egypto populus Israel post potuit nocte consummari pro-  
mortē Joseph. His annis quā- pter quod aliqui de die exi-  
tum multiplicari potuerit si fe- erunt. Potest etiam dici i  
cūditas hominis cōsideretur: q̄ hic sumitur dies pro die na-  
sūniāre illo d voluit eos val- tuor horas: et per consequens  
de multiplicari: reperitur non  
esse mirū q̄ a sexētis milibus  
pedis egredi⁹ est p̄ p̄ls ex Egy-  
pto: excepto cetero apparatus  
vbi & seruitia erat: & sexū mu-  
liebū & ibellis etas. Nec ille.  
Undecimum dubium moue- modo scilicet potuit fieri i q̄  
tur proper illud ultimum ver- omnis exercitus domini egred-  
bum p̄ servitū clauile quo- sis sit de Egypto uno & eodē  
citur: Quib⁹ expletis eadē die  
egressus est oīs exercit⁹ dñi de-  
terra Egypti. Querit q̄ ad qd̄  
Egypti ad manualiter operar-  
referit y eadē die. Dicēdū: q̄  
dūm & lucrandū vitam suā.  
nō referit ad ingressum Egyp-  
ti. Ita q̄ eadē dies reuolutis  
tot annis fuerit egressus exi-  
t. Moysi: Recede a me: et caue-  
ne ultra videtas faciem meam.  
oēs simul egressus fuit eadē die.  
Duodecimum dubium ori-  
tur proper illud idem verbū  
decimi cap. p̄ cōcedētis. Moys-  
es respondit ei: ita fiat vt los-  
cetus es: et sic ab eo recessit.  
Intelligens ergo Moyses q̄

D iiiij cōs

Exodi duodecimo,

cor pharaois esset omnino ob-  
litariū & implacabili significati-  
onē cauit omnibus hebreis disper-  
sis in Egyptū regis implacabi-  
lē animū & ideo q̄ vniuersis  
eorum se disponerent venire in  
Ramesseī q̄ erat in terra Hes-  
seni in qua erāt erāt multi He-  
brei & q̄ ibidē luna quartade-  
cima essent factū sūi pascha.  
Itē q̄ in recessu suo perecent a  
vicinis suis vala argēta & au-  
rea vestigē plurimā; vt decen-  
tius possent facere sūi pascha.  
De voluntate autē dñi qui mos-  
uet corda hominū prout vult  
facti est vt Egypti libēterant  
nuerint petitioni corū. Quo fa-  
cto se diuulsiuerit Hebrewi veni-  
re verius dicitur Ramessei mul-  
lusq; in via illis p̄stabat impe-  
dimentū. Lūcū dicta luna deci-  
ma quarta oēs Hebrewi viciū-  
g prius dispersi vna cū Moy-  
se & Barōn cōuenient in Ra-  
messe ciuitate magna et in cō-  
finiis illius aducēterant  
fam die celebrazauerunt sūi pa-  
schā prout fuerat illis impera-  
tum a dño per Moyensem. Et ec-  
ce noctis medio venit angelus  
exterminator q̄ percutes do-  
mos in quarti postib⁹ non erat  
conspersus sanguis agnī immo-  
lati occidit subito primogeni-  
tū a dño per Moyensem. Et ec-  
ce in ciuitate Ramessei in qua  
erāt Hebrewi cōgregati & multi  
Egypti qui tibi erant pro tua-  
tione ciuitatis que erat clausis  
Egypti ex illa parte versuēta  
dile operatus est per totā Egyp-  
tū. Unde dicit in presenti ca-  
pi in noctis medio p̄cessit dñs  
omne primogenitū in terra Egy-  
pti nō faciēs plus mettonē de  
terra Hesseni aut de ciuitate  
Ramessei q̄ de reliqua parte  
rotius terre Egypti. Quis ibi  
nullus vltorius esset Hebrewi  
nec etiam sanguis agnī alpe-  
sus ibi videbatur sic ut in Ra-  
messe. Exterminatis ergo sic  
generaliter omnibus primoge-  
nitū Egyptiē memine pereu-  
te de populo Hebreworu noctis  
medio dicti Hebrewi disponue-  
runt se ad recessum & mane fac-  
eo ceprunt via peragere de  
Ramessei in Sochot. Ut rū aut  
pharao tūc esset in Ramessei  
videſ q̄ sc̄iā in litera dicit q̄  
postquā primogenita Egypti  
mortua sunt etia primogeniti  
regis i vñc ad primogenitū  
captiū q̄ erat in carcere: hoc  
videns pharao vocatis Moy-  
se & Barōn nocte ait: Surgite  
egreditimini a populo meo vosi  
& filii Israēl. Nō desunt tamen  
qui dicunt q̄ hoc iussit non in  
propria fidei per seruos suoslet  
q̄ erat corpore absens. Tunc  
autē Egyptiū cū tāto desiderio  
excibent Hebrewos de terra  
sua q̄ obliti sunt repetere va-  
sa argēta & aurca atq; vñles  
quas illi mutuauerat dño ita  
volente. Erat autē mirabile in  
oculis Egyptiorū videre He-  
breos in tanta multitudine ex-  
entes: ira vt essent sexcenta  
milia viroū abib⁹ mulierib⁹ &  
paruulis quorū numerus erat  
multo maior & nō dubium. Cū q̄  
erāt criuiū vulgus pmiscuū  
innumerabilis & vt dñ in litera  
sed istud a dño factū est: qui vo-  
luit q̄ vna & eadē die oēs rece-  
derent / nō si qui remanerent  
omne primogenitū in terra Egy-  
pti post alios opp̄p̄meret ab Egy-  
ptis.

**Clausula quinta.**      **Fo.ccxiij.**

**P**rofessio. Et sic patet satis diffuse ad decimū tertium et ultimum dubium.  
**M**oraliter et primo nota eo formulū ad dñm Petru de pal. tura illud primum verbū: Tuit igit̄ populus cōspersam farinā q̄ sic ut filii Isrl̄ triplici cibō pasti sunt: ita nos tristipici cibō pasci debem⁹: vt sic de Egyp̄to r̄ vitione egredi possim⁹. Prīmo cib⁹ est panis subcinerit⁹ penitentie. Secundus est māna verbi diuini. Tertius est fructus terre promissionis: p̄ quē in religio dulcedo contemplationis. Quātūq̄ isti ad primū de quo hic agit̄ florandū q̄ exiēs de Egyp̄to. i. de pctō / debet portare farinā de fructibus Egyp̄ti perfectā. fructus Egyp̄ti sunt peccata: sicut mala opera de quibus debem⁹ facere farinā. peccata ad memoriam reducere / credere / siue retractare / do per contritionē cōminucere. Debet etiā huiusmodi farina esse conspersa. i. aqua conglutinata p̄ effusione lachrymarum pro peccatis in confessiōe. Hinc Threni. iij. dicit̄: Deduc quasi torrente lachrymas p̄ diuenient noctēm̄ des requies tibi: neq̄ tecet pupilla oculi tui. Insup debemus hanc farinā siue pastaria siue in humeris nostraris / satisfactionē de peccatis nostris. Deniq̄ de hac farina factis panib⁹ subcinerit⁹: per recordanionē cōditionis nostre: que fragilis est et mortalis / debemus nos reficeri / considerantes q̄ puluis sumus et in pulucre tandem reuertimur: vt dicit̄ Gen. iiiij. Item Eccl̄.

**I**x. Et sic patet de primo cibo quo spiritualiter paci debem⁹. De alijs autē duob⁹ dicet̄ (deo duce) in locis suis.  
**M**oraliter et secundo iuxta illud: Tuit̄ populus cōspersam farinā antecē fermentaret. Non tādū / q̄ per filios Isrl̄ q̄ exiēt̄ de Egyp̄to vt peregrinatur in terrā promissionis: delignant̄ deuoti catholici qui volunt trāire de hoc seculo neq̄ in celū. Tales igit̄ debent facere tria q̄ fecerūt̄ filii Isrl̄: quando transiūt̄ de Egyp̄to versus predictā terrā. Primo nempe debent abjicere fermentum totius malicie et nequitie dicente Apo. i. Cor. v. Ex�igate vetus fermentum. I. omne peccatum / hoc per bonā et verā confessionē. Hoc aut̄ notatur cum dicis de filiis Isrl̄ et tulerunt conspersam farinā. Secundo debent comedere azymos panes. i. suscipere deuotē altaris sacramentū / de quo subdit̄ Apostolus vbi supra: ita cōspelunt̄ in azymis sinceritatem̄ tis et veritatem. Hoc etiā notatur cu dicis / q̄ filii Isrl̄ fecerunt subcineritos panes azymos de quibus comedetur in via. Tertio debent implorare humiliter / siue per se / siue per alios dei misericordiam et gratias / necnon et merita sanctorū / siue p̄ces eoz apud dñm. Hinc est q̄ in letanis q̄ dicunt̄ pro agonizantibus: q̄n dat̄ eis sacramentū extreme vitionis orans / dicentes: Pater de celis de misericordie ei. Fili redēptor te. Sācta Maria ora p̄ eo. Et in applicatione dicti sacramenti

## Exodi duodecimo,

mēti solet minister dicer: per istā vñctōne et sua sanctam ac pīssimā misericordiā indulgetib; deo quicq; deliqstib; per vñsum: sic de alijs sensib; cor poreis. hoc etiā designat cū dī: Qñliū Israēl petierunt ab Egyptis vala argentea et aurea vestes plurimā. Quia eñ sancti non sunt equalis meriti apud deū: hinc est q; possimus habere matus suffragiū et auxiliū ab uno q; ab alto. Et hoc notaꝝ per vñfa argentea et aurea: atq; vestes.

**M**oraliter et tertio iurta il lud: profectis sunt filii Israēl de Rameſſe in Sochoth. Nostadū q; Rameſſea interpretat. Quid est ergo q; prima habitatio sive statio filiorū Israēl egreditū de Egypto facta est in Rameſſe: nū q; ille q; vult egredi de Egypto vñtior: debet prīmo egredi de temporali cupiditate: cōtemnēdo tēporalia: et si gnatuer surū et argētū q; demolunt a fine: iurta Christi verbum. Mat. vij. Pinc idem Christus ait Mat. vij. Si vis perfecte esse: vade et vende omnia que habes: et da pauperibus: et habebis theſaurum in celo: et veni sequere me. Item Mat. vij. Nolite (inquit Christi) vobis theſaurizare in terra: vbi tinea demolit. i. diabolus: q; vt dicit ibi glo. ordi. scut tinea latēter depasit: et sine ſono dāmnu facit q; ſtatim puocat cū primo q; egreditur de Egypto vñtiorū. Sochoth au teq; vt dictū eſt: interpretatur lib. j

tabernacula significat illata bernacula celeſtit̄ i. de quibus psal. ait: Quā dilecta tabernacula tua dñe virtutū. Debem⁹ itaq; recedere de Rameſſe i p; contemptrū mādi: et bonoz̄ te poratū q; ēo ſunt: et cū omni ſtatione tendere in dicta tabernacula p; affectū: vt tandem poſſimus illuc aſcendere et pueſtre p; effectū. Sic eñ olim ſe terunt Christi apostoli: et eorū ſequaces. Propter q; legitū Mat. xix. q; cum dicit apostoli diſiſtent Christo (ſaltim perr̄ pro omnibus) Ece nos reliqui malitia de tinea/ Sochoth autē interpretat tabernacula. Quid est ergo q; prima habitatio ſive ſtatio filiorū Israēl egreditū de Egypto facta est in Rameſſe: nū q; ille q; vult egredi de Egypto vñtior: debet prīmo egredi de temporali cupiditate: cōtemnēdo tēporalia: et si gnatuer surū et argētū q; demolunt a fine: iurta Christi verbum. Mat. vij. Pinc idem Christus ait Mat. vij. Si vis perfecte esse: vade et vende omnia que habes: et da pauperibus: et habebis theſaurum in celo: et veni sequere me. Item Mat. vij. Nolite (inquit Christi) vobis theſaurizare in terra: vbi tinea demolit. i. diaabolus: q; vt dicit ibi glo. ordi. scut tinea latēter depasit: et sine ſono dāmnu facit q; ſtatim puocat cū primo q; egreditur de Egypto vñtiorū. Sochoth au teq; vt dictū eſt: interpretatur lib. j

## Clausula quinta. fo. ccxiiij.

lib. j. de prouidentia dicat: Nū communem aerem: et in ſimilis bil mihi videtur in felicitis eo ter factam decidi terram: et cui nihil vñq; cuenit aduersus. Et iterū post pauca. Semper primā vocem ſimilem omnibus emiſi plozās. Nemo enim ex regibus aliud habuit natuſu animi tranſire ritā: et igno rare rerum alteram partem. Boetius de cōſolatione libro tertio metro. vi. Omne homiſi fortuna non dat tibi facultatem exhibende virtutis: Deſcēdit ad Olympia: sed nemo p; hanſ farinam ſic conſperfam coquere: per conſiderationem ignis in ſeminalis ſecundum illud psalmiſe: In meditatio ne mea exاردet ſer ignis: et inde facere ſubcinerios panes: per recordationē mortis: que quidem recordatio multum p; decit omni penitēti: iuxta quod scriptum eſt Ecclesiastici. vii. Memorare nouiflma tua: et in eternum non peccabis. **M**oraliter et sexto iurta il lud: Neque poterant fermari cogētib; extre Egyptiſſi ſciendum: q; per fermentum quod eft asperu et amarum illud: Loſeratq; farinam quā dudum de Egypto cōſpersam rularent: et fecerunt ſubcinerios panes azymos. Nostandū q; farina eft natura humana: quam dudum a parentibus noſris conſperfam non quidem aqua munda: ſed corrupto et immundo cruoſe fuſcepimus: dicente ſcriptura Sapient. vii. Sum quidem: et ego mortalis homo ſimilis omnibus: et ex genere terreno illius qui prior fatus eft: et in ventre matris ſiguratus ſum caro: decem mēſium tempore coagulatus ſum in ſanguine: et femine hominis: et delectamento ſomni cōveniente. Et ego natus accepi quantum

## Exodi duodecimo,

Etum possunt inducunt et trahunt. Tales ergo Egyptis quos tum in eis est impeditus fermagationem. i. dolorem de peccatis libenter cogerent hominem peccatozem exire de pene-  
ti ut dannaretur cum illis si illes daretur facultas a domino qui pro magnitudine misericordie sue dat post peccatum locum pernitentie. ps. Uenit tempus mi-  
serendi eius/ venit tempus. Ecce  
autem predicti Egyptis no-  
expectant nisi horam exitus a-  
nimae peccatricis ab humano corposi ut rapiant eam. In cuius figura legitur Apoc. xii.  
et mulier habens in vtero clau-  
mat parturienti et cruciatur ut pariat. Ipsi sunt dolores mor-  
tis. Et ecce draco magnus fer-  
tit ante mulierem que erat pa-  
ritura ut cum peperisset deuo-  
raret filium eius. i. spiritum hu-  
manum cum contingit ipsum se-  
parari ab humano corpore. Ec-  
ce violentia quam facit Egyp-  
tis illi infernales Israelitis. i.  
animabus cum separantur et eruuntur a suis corporibus.

**C**Allegorice et primo: Farina consperata non dum fermenta-  
ta est lex vetus adhuc imperfec-  
ta: quia non iustificat. Non dum enim venerat ille qd se fecit fer-  
mentum pro nobis patiendo ar-  
mata: qui habitu inuenitus est  
ut honio. Philip. ii. id est in si-  
militudine carnis peccati. Tu-  
lit igitur olim populus Judaeus conspersam farinam id est legem imperfectam sed dispo-  
nentem ad perfectionem sicut figura ad veritatem et umbra ad lucem et dicta farinam ligans in pallijs posuit sup humeros insidilitate sua. ps. Non fecit

supple

## Clausula quinta. fo. ccxv.

supple dñs taliter omni natio-  
ni et iudicia sua tc. Qd ergo ta-  
les sint spoliandi ut dicitur ca-  
tholici secundus docet figura. Le-  
gitur enim. ij. Reg. viij. qd mo-  
rus Saul et Iulius David arma rea et argentea qd habuit Saul  
et tulit in Hierusalem et es mul-  
tum nimis de quo fecit Salomon omnia vas a templi. Saul in-  
terpretatur vanitas et signifi-  
cat scieriam Ethniconum i. id est philosphorum que yana est  
et ad vanitatem rendit. qd etiam curiositate continet. David au-  
tem qui tulit arma Saul signifi-  
cat doctum fidei qui nouit ar-  
ma. i. subtiles rationes et sen-  
tentias naturales quas appli-  
cat et retroquerat ad mortuam hon-  
estatem et quandoq; ad fidei ples-  
tarem. Ecce quomodo Salomon de his vas a templi edificat  
cum scilicet sacram paginam et scilicet sententiaram gen-  
tilium exornat.

**C**Allegorice et tertio et con-  
formiter ad dominum Petrum de-  
pal. vasa Egyptiorum sunt boni  
doctores et predicatores: ut Au-  
gustinus et alij qui de gentib;  
sunt conuersi: quod dñs conuer-  
tendo edificauit et postmodu-  
li ipsi sua doctrina alios edifica-  
uerunt. In cuius figurâ legit  
Ioue. vi. qd expugnata ciuitate  
hyrcano pccpit dñs dicens:  
Quiquid aurum et argenti fuerit  
in ea et vasorum eneorum ac ferri  
dno consecratur repositum in  
thesauris eius. Sic et in thesau-  
ro dñi reponendi sunt illi do-  
ctores qui aliquando fuerunt  
extra ecclesiâ numero et merito:  
sed postmodum ex speciali  
gratia repositi sunt p. sacram

baptisma intra ecclesiâ ut rogi-  
mo pdcitor una etiâ cù doctrina  
na eoz priusq; suscipere fideli  
quâd ad id in qd bene dicerunt.  
**C**Anagogice per hoc qd po-  
pulus Hebreorum volens rece-  
dere de Egypto tulit farinam  
conspersam significatur et glo-  
riam celestem deber procedere  
meriti. Eddi homo est in vita.  
Per vasa autem argentea et au-  
rea vestes que omnia petierunt  
Hebrei ab Egyptis designat  
et ad illam celestem gloriam (q  
coperatur auro et argento atq;  
vestibus solemnis) homo ex  
propriis meritis non potest p-  
uenire sed principaliter ex gra-  
tia dei: iuxta illud Ro. yi. Gra-  
tia dei vita eterna. Terci et secun-  
dario per inunctionem merito-  
rum sanctorum dei. Qd autem  
dicitur qd Hebrei spoliauerunt  
Egyptios: intelligendu est (pm  
qldam doctores) qd hostes assu-  
muntur in celo ad illas sedes sy-  
dereas quas occupassent ange-  
li mali si nō peccasset: et p co-  
sequens qd tunc homines salua-  
buntur quot angeli mali cecide-  
runt. Qui quidem iniurias elec-  
torum significatur p illâ mul-  
titudinem virorum qui in pscnti  
clausula et textu nuerat labi-  
tamē parvulis. i. innocētibus  
mulieribusque s̄ bene vice-  
runt in presenti non erunt exau-  
les a tanta gloria in futuro: qd  
non est acceptio personarū a-  
pud dñs sed in omni gente qui  
timet dñs et opaq; iustitiam ac-  
ceptus est illi: ut dicit Petrus  
Apost. Actu. x. Et nota qd ibi  
ponit numerū finitus electorū  
in figura pro infinito. Uel for-  
te ad designandum qd figura sem-  
per

## Exodus duodecimo,

per deficit a veritate.

### Sexta clausula.

**N**on est ista obseruabilis dominus quando edidit eos de terra egypci. Hac obseruare debet omnes filii Israel in generationibus suis. Dixit dominus ad Moysen et Aaron: hec est religio phase. Omnis alienigena non comedet ex eo. Omnis autem seruus emptitus circumcidetur et sic comedet. Aduenia et mercennarii non edent ex eo. In una domo comedetur nec effteret de carnis eius foras: nec os illius confringetur. Omnis ceterus filiorum Israel faciet illud. Quid si quis peregrinorum in vestra voluerit transire coloniam et facere phasam? circuncidetur prius omne masculum eius et tunc rite celebrabitur: eritque sicut indigena terre. Si quis autem circumciditur non vellet ex eo. Eadem lex erit indigena et colonus peregrinatur apud vos. Fecerunt omnes filii Israel sicut precepiterat dominus Moyses et Aaron: et eadem die edidit dominus filios Israel de terra Egypti per turmas suas. Historialiter. Postea in predicta clausula eximius ille propheta Moyses egit de dispositione exitus filiorum Israel de terra Egypti. hic consequenter agit de religione phase et de memoria illius. Et primo loquitur de sacrificiis illa nocte in qua occisis primo genitis tam hominum quam animalium populi vniuersae terre Egypti saluata sunt omnia primogenita

ta filiorum Israel. Insuper ipsa eadem nocte edidit dominus (saltim preparatus) et manus facto executio dictos filios Israel de terra Egypti. Proper quo ad perpetuam rei memoriam dixit: Hoc est ista obseruabilis dominus: id est diuinum cultum dedicata et pceptum decandala quando edidit dominus nos filios Israel de terra Egypti scilicet preparatiue ut dictum est immediate. Hac igit merito obseruare debent in generationibus suis filii Israel: id est una gnatatio post aliam: hec est religio phase. Religio a regendo dicitur. Et quia punctum diuinum cuiusmodi est festum pasche homines religantur deo: hinc est et festu pascha le recte vocatur religio phase. Omnis alienigena non comedet ex eo. Alienigena dicuntur: qui est filius alienigena scilicet quantum ad cultum: quales erant Egypci: et certe alienigenae respectu filiorum Israel. Omnis seruus emptitus circumcidetur: et sic comedet. Ne ergo credere: quod ratione emptiis debet admitti ad phasam: specialiter addit et talis seruus plus circumcidatur: Aduenia et mercennarii non edent ex eo. Aduenia discebat qui ex alienigena veniebat ad manendum inter Iudeos. Mercennarius autem discebat gentilis seruus in domo Iudei pro mercere. Ne ergo crederetur: quod per talis cohabitationem cum Iudeis tales possent recipi ad eum agni paschalis: dominus eos specialiter excludit: et excludendos mandat Moyses. Hoc tamen

## Clausula sexta. folio ccxvij.

tamen intelligitur quod huius tales se ad exitum: quod non vacabat eis sunt extra ritum Iudeorum. Quid si discurreret de domo in domum: transiret ad fidem et ritum Iudeorum: tunc sunt admittendi. Ideo subdit: Omnis autem seretus emptitus circumcidetur: et ceterus filiorum Israel faciet ille comedet. Nam sicut hodie nullus est admittendus ad sacramentum altaris: sicut ad quodcunq; aliud sacramentum nisi omnium fuerit baptizatus: et eo quod baptismus est ianuas aliorum sacramentorum: ita nec antiquitus tempore legis aliquis admittebatur ad eum: agni paschalium: qui non fuit circuncisus. Diversit ergo alienigena et aduenia: quia alienigena dicebatur qui veniebat inter Iudeos ad traescundum: et sunt mercatores. Aduenia autem qui veniebat inter eos ad inhabitandum. Et huius duo populi non debebat admitti ad eum agni paschalium: ut haberetur in litera. Nec similiter mercennarius: et paganus: qui mercendis seruiebat Iudeis. Sequitur: In una domo comedetur: non tamelicebat comedere agnum in stabulo aut horreo: sicut cellario: nec limiter in campo nostro: sicut viridario: sed in domo principaliter honesta. Nec affectus de carnis eius foras: sicut ipsas pasciendo ad canes: sive super finium. Sed si quod supfuerit de ipso agno ligno coburetur: et dictum est in prima clausula: huius cap. Nec os illius confringetur: et hoc propter mysticam rationem: ut potest dicere. Sed huius ossa sunt in terra Iudei: qui forte timore infirmitatis aut mortis non erat circumcisus. Ita ut dicit de Lyra: quid Iudei nimis iordanare amates pueros suos paschalem in terra Egypti erat dimittebant eos circumcisos: timentes ne ex circumcisione mors

## Exodi duodecimo,

mors vel gravis infirmitas eis accideret. Et tales non debet accedere ad elum agnū: quia in alijs essent Iudei et tenebrent ritum Judeorum.

**C**irca autem hanc particulam textus i molientur aliqua dubia.

**P**rimum igit dubium. Quid non paschalibus obseruarunt a Iudeis vīs in hodiernum diem? Dicendum q̄ sicut nos Christiani solemnitatem celebrazamus fraternaliam noctem dominice nativitatis surgedo et lecto et ingrediendo ecclesiam ad solendum vel audiendū diuinā: et signanter celebrando missam tunc hora medie noctis ut ordinatum fuit per papam Theophilorum qui fuit quartus a beato Petro. Et ponitur de cōsec. distinc. j.c. nocte sancta. coq sicut ibi dicit eadē nocte naūtias Salvatoris nostri fuit ab angelo pastorum nūciata: et subito facta est cum angelo multitudine militie celestis laudantium deū et dicentis: Gloria in excelsis deo et in terra par hoibus bone voluntatis: ita et Iudei in locis i q̄b̄ habitarūt in sufficiēti numero i surgūt hora medie noctis sequentis immolationē agni paschalis quā sero precedentē faciūt: et ingrediuntur orationē sua que dicuntur synagogēi vacates oratio ni vīs ad auroram in memoriam q̄ tū liberari sunt de captiuitate Egyptiacā: et incepérūt iter verius terrā p̄missiōis.

**S**econdum dubium. Utrum Iudei moderni obligētur obseruare predictam noctem? Ut datur q̄ sic: q̄ dicitur in textu

Hanc noctem obseruare debet offīes filii Israēlin generatōibus suis. Iḡtū. Dicendum q̄ non tenentur ad obseruatiā illī noctis sicut nec ad obseruātiā sabbati nec ad ceteras ceremonias legis que erant his ḡureveritati noue legis. Quē admodū ergo suū pascha erat figuratiū paschalis Christiāznom: de quo dicit Apostol. Corinth. v. q̄ pascha nostrū immolatus est Christus: ita suo modo dicendū est de predicta nocte q̄ scilicet illīus obseruātiā conuera est in obseruātiā solemnitatis dominice resurrectionis sicut et sabbatum erat in dominicā. Et ad aurorāta tem in oppositiū dicitur q̄ obseruare predictam noctem posse fieri dupliciter scilicet i scilicet in eminentiori. Primo modo non tenentur hodie Iudei cani obseruare. Quinimmo est in se obseruare peccant. Sed bene in eminentiōi scilicet obseruando diem festum pasche. De hoc vide quod supradictū est in prima clausula presentis ca. in fol. ad. xv. dubium:

**T**ertium dubium. Quid de mulieribus Iudei: nūqd tenebant immolare phase: dīcedūt q̄ sic: quia quicquid hic dicitur de viris / suo modo intelligendum est de mulierib; quia sexus feminus cōprehēditur et subintelligitur per sexum masculinū. Quemadmodum ergo mulieres Christianae tenebant suscipere sacramentū altaris sicut et viri in novo testamēto: vt patet et de peni. et re. c. omnis vīrus seru: ita et tunc (sc̄z sub veteri testamēto) tenebantur facere phase.

## Clausula sexta. 50. ccxvij.

tenebantur facere phase. Con debitor ē vīuerse legis Christi firmatur per id quod dicitur i tū faciēde. s. quātū ad ea que principiō huius capitulo: Tercio modo vīus quisq̄ agnū per familiā potest accipi aduena. p̄ Judeo lias et domos suas.

**C**uartum dubium: Cur repētitū in presenti Moyes de ritu phasē? Videntur q̄ sufficiētiū de huiusmodi ritu loquutus na Act. i. cū dī. Erāt autem in fūrit prius in presenti cap. Di Hierusalē habitantes Iudei cendūt opus fūt repēteret ritū religiosi ex omni natione lem ritū et hoc propter alienigenas qui ascenderant cum filiis Israēl de Egypto: et qui nondum fecerant phase. Propter quod instruendi erant omne masculinū ei⁹ r̄t. Queritur ergo de peregrino habēte plures filios: quorū alii habebat cū eo: alii autē longe ab mercēnariis non edent ex eo. Huius contrariū habetur illū legē q̄ offīes filii cī⁹ circūciderent ad hoc q̄ posset facere phase more Judeoz: Dicendū inter vos facient phase. Dicēdū / q̄ aduena potest accipi tripliciter: vt dicit de pal. p̄tū filiū cū eo habitantes circūcidērēt. Ratio autē cur lex hoc nationibus gentiliis ad Israēl imitans eos in cultū non tamē obligatus per suscep̄tū patrēa ritū Judeoz: et est error posteroz peior p̄tore.

**D**oralter et primo i fūrtū aduena loquitur hīc textus: initū p̄fēntis clausule ybi dī: q̄ non debet edere de agno paschali. Secundo modo p̄eo florandū q̄ p noctē in p̄posito possum⁹ intelligere atritio ad ritū Judeoz erat iā illi nem̄ i q̄ est dolē de peccatis p̄ obligatus per suscep̄tū circū p̄tē timorē cadēdi in noctē cīſionē i vt Achlor. Et de tali inferni. Et bene dicit atritio loquitur predictus textus. Huiusq̄ secū patiē peccatis mori. ut. Propterea dicebat tale: qd̄ ultor anime. Huius Apol. Gal. v. Testificor omni modi autē atritioz est obseruabilis dñi. i. de ea deberē regatari homo peccator deo faciēde: legis (Inquā) Moyis tāngē de ei⁹ speciali beneficio/ sicut oīs suscipiēt baptismū: q̄ tūc in

E tipit

## Exodi duodecimo,

epist (quāuis imperfēcte) educe-  
re dñs peccatorem de terra Egyp-  
tū. i. de tenebris peccati: et  
facere eū tendere ad lūcę gra-  
tie. s. dispositiū. Unde secundū  
doctores theologos sic disser-  
unt attritio et cōtritio: q̄ attri-  
tio est dolor imperfectus de pec-  
catis commissis. Contritio vero  
importat dolorum perfectum  
de eisdem i. qui est principalis  
ter propter dñm.

¶ Moraliter et secundo iuxta il-  
lud: hec est religio phase. No-  
tandum q̄ sicut Iudei celebra-  
tes suū phasę. i. pascha obserua-  
bāt suā religionē et ritū: ita et  
Christiani celebrare debent  
suū phasę cuī debito ritū: ita  
vt possit dici: hec est religio  
phase. i. ritus et modus obser-  
vādus ab oībus Christianis i  
suo phasę. i. paschate. s. et qui-  
libet talis communicaturus  
pennitrat integrā et perfecta  
peccatorū suorū confessionē.  
Quia ut inquit Apol: i. Corin.  
xi: Quicunq̄ māduauerit pa-  
nem: quod est cōmune omnī  
communicantū: et biberit cali-  
cem dñi: quod est proprium sa-  
cerdotiorū: qui sub veraq̄ spe-  
cie sumunt sacramētū: indigne  
s. in peccato mortali: reus erit  
corporis et sanguinis dñi. i. tñ  
peccabit et si occidisset Christum  
proprijs manibꝫ. Et ideo  
p̄b̄t seipsum homo. s. per sue  
cōscientie diligenter exanim-  
nationē et peccatorū suorū sa-  
cramentalē cōfessionem. Quo  
facto: ille de pane illo edat: et  
de calice bibat: i. vt dictū est)  
fuerit sacerdos. Hec est igitur  
religio phase.

¶ Moraliter et tertio iuxta il-  
lud: Ind sequeā verbū: Ois aliena-  
gena no comedet ex eo. Notā-  
dū q̄ solū peccatum mortale as-  
serat hoīen a dño. Ecce enī  
angeli omnes in principio sue  
creatiōis erant prop̄ dñm. At  
vero mortale peccatum aliena-  
uit eos a dño. Unde psalm. in  
psona dñi: Qui iuxta me erāt  
de longe steterū. Alienigena  
igitur est peccator: et talis alle-  
nigena nō comedet ex eo. s. sac-  
ramēto altaris: quod est pha-  
se Christiani. Non comedet  
(inquit) ex eo: supple de iure:  
quicqđ lat̄ de facto. Ecce em-  
proditor Judas alienigena es-  
t̄: qui cuī domesticis aposto-  
lis comedet ex eo. Sed ad illi  
acciderit audiam⁹. Abiēs (in-  
quit euangelista) laquo se fu-  
spendit. Mat. xxvi. Uel dic⁹  
alienigena dicitur ille: qui est  
filius alieni. Vodo omnis pec-  
cator est filius non dei p̄ gratiā:  
sed alieni. i. diaboli p̄ culpam.  
Joan. viii. Tlos ex patre diabo-  
lo estis. Talis igitur alienigena  
indignus est comedere phasę  
s. i. suscipere Christi corpus in  
sacramento altaris.

¶ Moraliter et quarto iuxta il-  
lud: Omnis autē seruus emp-  
titius circuncidetur: supplest  
velit: et sic comedet. Notandum  
q̄ seruū empiriti sunt de-  
uoti Christiani: qui empiri sunt  
per Christum preciō sui san-  
guinis: iuxta illud. i. Corin. vi.  
Empri estis precio magno.  
Item. i. Petr. i. Non corruptis  
bilibus auro vel argento re-  
denimpti estis de vana vestra cō-  
uerſatione paternae traditiōis:  
scilicet Ad: sed precioso san-  
guine quasi agni immaculati  
Christi.

## Clausula sexta. Fo. ccxviij.

¶ Moraliter et sexto iuxta il-  
lud: Eadem lex erit indigene et  
colono qui peregrinatur apud  
vos: notandum q̄ huūs contra-  
rium multi iudices et officiarū  
sunt circumcis̄ per penitentiā.  
¶ Moraliter et quinto iuxta il-  
lud: Aduena et mercennarii  
non edent ex eo. Notandum q̄  
aduena dic̄t sacerdos qui in-  
uitat ab aliquo ad celebāndū et  
exercit opera seruilia eorū. Nā  
talibus colonis multe iniuriae  
inferri solent: tam verbales et  
verberales et reales. Nec admittit  
iustitiat̄ eis contra indigenas  
debita iustitia: cum tamen scri-  
ptū sit Leuitici vigeſimiqua-  
to: Equi iudicium sit inter  
vōsiſue peregrinus: sue ciuiſ  
peccauerit: quia ego sum do-  
minus deus vester qui hoc im-  
pero: et cui est cura de omniis  
bus. Et nota q̄ hic est questio  
de lege: tam publica et priua-  
ta: que priuilegium nūc es-  
patur.

¶ Moraliter et septimo iuxta il-  
lud: per turmas suas: id est p̄  
tribus suas. Uel per priuersos  
ordines: seruus et professiones:  
vt exponit glo. interii. Notandum  
q̄ inter bene et laudabilita-  
ter cōuersantes in presenti se-  
culo: i est diueritas meritorū.  
Nā aliqui sunt alii perfectio-  
res. Unde beatus Augusti. di-  
cebat: q̄ in via dei aliis sic: a-  
lii sic ibat. Item legitur Lu-  
ce. ix. q̄ domin⁹ fecit homines  
discubere per cētēnos et q̄na-  
quagēnos: quādo voluit distri-  
buere panes a se multiplicā-  
dos. per quod denotatur: q̄ et  
non potest esse de centenis: id  
est de perfectis: saltum sit de  
quinquagenis. i. de imperfectis.

¶ ¶

## Exodi duodecimo,

**E**t qui non haber innocentia: Dicta autem nos debet esse falso habent penitentiam.  
**A**llegorice et primo iuxta illud primum verbum: flos est ista obser. d. Notandum quod una de causis obseruantie dicte noctis erat ad reddendum gratias domino de more primogenitorum terre Egypti: que fuit decima et ultima plaga quod applicatur ad decimum preceptum. Huiusmodi autem decimum preceptum tale est: Non concupiscas te proximi tui. hunc autem decimum precepto decima plaga contraria est mox primogenitorum. Qui enim cuncti res alienas possidere: cuncti mortentibus heredes esse. Nam ut dicit Rabanus et ponitur in glo. ordi. Qui queritis ab aliquo heres fieri non vis ut habeat heredes: in quibus nihil est charis primogenititis. Jure ergo in primogenititis tuis punitis qui cupiendo res alienas quasi turis vmbra perquisitis: et que meliora sunt cordis primogenitae perdes. primogenita quidem fides est: quod non bona facit in quo fides non precessit. Omnia enim opera bona sunt filii spirituales: sed inter hos filios primogenita fides est. Quis quis ergo rem alienam occulte cupit: inter fidem perdit. Servus enim non charitate sed fraude: velut amans cum que mors deluderet ut illi succedas. Hec ubi supra.

**A**llegorice et secundo iuxta eandem particulam: Notandum quod non obseruabilis est illa nos in qua incipit passio dominii: id est vigilia paschae.

mercede

## Clausula sexta. fo. ccix.

mercenarius non debent edere hoc factum sit ante ducentos anni. Sequitur: Nec os illius confringetis quia medullas eius est diuinitas Christi: non est ita subtiliter inuestiganda sicut illius humanitas. Propterea dicitur Isa. lviij. Generatio eius quis enarrabit? Nam ad literam hoc fuit dictum per Moysem prophetice de Christo de quo dicit Mat. xxvij. Quod mortuo postquam militia fregerunt crura duorum latronum ad ipsum cum venissent non fregerunt eius crura: ut propheta impleretur que dicit: Os non communictis ex eo. Ubi notandum quod per carnem (que minima solidis est) intelligitur infirmitas humanitatis Christi. Per os autem (quod solidum est) intelligitur robur dei unitatis. Willites ergo i Christi passione non fregerunt os ex eo: quia lucet humanitati inferrent inturiam et crucifigerent eam: tamē diuinitati in se non nocuerunt. In cuius figuram legitur Gen. xxij. et Isaac liberatus est. Artes vero immolatus.

Anagogice non multis obseruabilis: quando eduxit dominus filios Israhel de Egipto et mors sanctorum que observatur et festinatur ab universalis ecclesia militante nechon et triumphante: de qua dicitur in psalmo: et precepsa in conspectu domini mors sanctorum eius: eo quod tunc edurit dominus ipsos sanctos de Egipto. id est plenti seculo negat pleno tenebris: ut ipsos transferret ad locum lucis eternae: qui est locus promissae hereditatis eti Joannis de Stravia: quoniam omnibus obseruantibus diuis

Lij 118

## Exodi decimotertio,

na mādata. Tertia illud Mat. nubentur: sed sunt sicut angeli deo. Si vis ad vitā igredi ferūtū loco seruantur et celebratur mirabile phasē. i. mirabile festum et gaudium: ad quod nō admittitur alienigena seruus aduenia aut mercenarius. Per hec sūt quatuor genera hominū: intelliguntur generaliter pectoris qui prohibetur ascendere in celum: et interesse conuiuio paschali: quod ibi celebatur: non quidē semel in anno: sed assidue. Specialiter tamē de seruo emittit et de populi: Memētōtē dīci huius peregrino dicit: qd si velint cīr de domo seruitutis: qm in manu forti edūrit vos dīs de loco isto: vt nō comediat fermatā panē. Hode egredimini mēte nouarū frugū. Lūḡ itro duxerit te dīs in terrā Chanañi et Ethēi et Amorrei et Euei et Jebusē: quam iurauit patrib⁹ tuis: vt daret tibi terra flūctū lacte et melle: celebitis hunc mōrē sacrorū mense isto. Septē dieb⁹ vesceris agnī: et in die septimo erit solēnitatis dīi. Agnī comedet se pte diebus. Nō apparet apud te aliquid fermentatiū: nec ī cūcris finib⁹ tuis. Narrabilius tuo in die illo dices: hoc ē iusti: et qui peregrinant̄ a deo quādiū abūlāt̄ ī hoc mūdo: bñ sū de Egypto. Et erit quasi ſlāt̄ laudabilis cōuerſādo: tādēi gnū ī manu tua: et qm̄ mōrē morte poterit assumi ad ordī: tū ante oculos tuos: vt ler dñi nes angelorū: vel ad equalē: semp̄ sit ī ore tuo. In manu enim gradū glie cū eisdē angelis: qd fortē edūrit te dīs de Egypto: sunt indigene celi. i. idē gētī. Cū rōdies huiuscēmodi cultū. Unū loques dīs de statu bñrū statuto tpe a dieb⁹ i dices. Lūḡ post generale resurrectionem: qd introducerit te dīs ī terrā Mat. xxiij. ait: In resurrectiōe Chanaan: sicut iurauit tibi et nō nubet: supple homines: neq; patrib⁹ tuis: et dederit tibi ea: separabis



## Exodi decimotertio.

### Clausula prima. Fo. ccxx.

separabis omne qd aperit vulnū: ut dñi: et quod primi iudicii percombustus. Quicquid habueris masculini sexus: conservabis dīo. Primum genitū: affini mutabis: one: qd si nō redemētis interficies. Omne auct̄e primogeniti hominis de filiis tuis p̄cēdēs: ergo dñs locut⁹ est ad Moyse: facies sibi p̄ceptis denuntiādū populo: consequenter ipse Moyse locut⁹ est ad populū: denunciās sibi mādarum dei: et p̄mo p̄mitit aliqua de solēnitate paschali: dīces: Memētōtē dīci huius. i. solēnitatis paschalis: in qua egressi estis de Egypto. s. xv. die mēlis primi. Et nota: qd dīxit Moyse ad populi: Memētōtē vbi glo. i. memoriter tenete. s. in gratias rū actionis: vt non comedatis fermentatū panē. s. Septē dies bus: vt dictū est ī p̄cedēti casū: qd dīcit Rabi Salo. qd p̄ceptū nō obligabat ad comedēdū agnī: nisi p̄ma die: qm̄. s. cōdebat agnī. Alijs autē diebus sequēb⁹ sufficiebat abstineāre a fermento et fermentato. Hodie egredimini mense zō. Historialē postē sanctus Moyse ī p̄cedēti capitulo egit de immolatione agni paschalis quo ad Hebreos ī de percussione p̄mogenitorū Egypti: atq; de exitu eoūdem Hebreorum de Egypto: cōfēquentiū ī principio presentis capitulo agit de sanctificatiōe p̄mogenitorū Israel. Quia ergo ipse dīs interficiendo p̄t̄: mōgenitorū Egyptiorū saluauit p̄mogenitorū Hebreorū: ideo in recognitionē tātī dnīcij: voluit amodo dīa p̄mogenitorū ilū: p̄p̄lū illi sc̄ificarent̄ et dep̄tarent̄. Refert̄ s. dict⁹ legiſſer Moyse: qd post p̄dicti exitū dñi de Egypto: dñs dīcēt̄: qd ad eū: Sāctissima mīhi omne p̄mogenitorū qd aperit zō. De sē fu: sūt illius p̄cepti ridebitur in deducētē dubiōū. Postē ergo dñs locut⁹ est ad Moyse: facies sibi p̄ceptis denuntiādū populo: consequenter ipse Moyse locut⁹ est ad populū: denunciās sibi mādarum dei: et p̄mo p̄mitit aliqua de solēnitate paschali: dīces: Memētōtē dīci huius. i. solēnitatis paschalis: in qua egressi estis de Egypto. s. xv. die mēlis primi. Et nota: qd dīxit Moyse ad populi: Memētōtē vbi glo. i. memoriter tenete. s. in gratias rū actionis: vt non comedatis fermentatū panē. s. Septē dies bus: vt dictū est ī p̄cedēti casū: qd dīcit Rabi Salo. qd p̄ceptū nō obligabat ad comedēdū agnī: nisi p̄ma die: qm̄. s. cōdebat agnī. Alijs autē diebus sequēb⁹ sufficiebat abstineāre a fermento et fermentato. Hodie egredimini mense zō. Cōlūt autē dñs specialē: vt illo mēse egredereb⁹ fūlii Israel de Egypto: ī intrātē defertū: coq; illud tps erat valde aprū ad ambulādū. s. tps Martij vel Apilis. Et nota: qd vt dictū est supia: nō ē hic qdīo: s. p̄mo mēse sc̄dm cursū solis: sed lune: qd p̄mō mēlis aliqui occurribat ī Martio: et aliqui ī Apilis: saltim sc̄dm vñ partē ipsi⁹: secundū variationē lune. Quare autē dīcēt̄ p̄mō mēlis lunaris voce: nouarū frugū: dīcēt̄ stātim. Sequitur: Lūḡ introducerit te dominus ī terrā Chanañi zō. Hic est notandum qd quāuis dñs habitatores terre p̄missiōis vocarent̄ Chanañi. s. illi quāda

## Exodi decimotertio;

quod generali nomineret dicitur supple plures continebat tunc de pal. aliqui tamē cū hoc sub se punctas sive lectas posse habebant speciale nomen: ita pulsi separabis omne qd aperit ut aliqui diceretur Ethel: alij vuluum. i. primo nascit ovo. Annoveret: et sic de aliis: quā ad honorem dñi. Nec solum in iuravit paribz tuis scz Abra- hominibus/verum etiam in iudeis: Iacob/ Jacob/ puluis su- mentis illud obseruantum est. celebribus hunc moze sa- dñi. Ideo sequit: Et quod pri- erorum. Sacra autē hic dicitur mitium est in pecoribz tuis obseruātē paschalcs/ que sie- separabis (in qd) dñi. Et breuia- bant ad honore diuinū in pri- mo mense: sumēdo sacra gene- raliter prout scz sacra dicuntur omnia illa que sunt ad deū- nerale mandatū restringendū ordinata. Quod autē subditur/ est ad primogenitū hominis Septē dieb⁹ vefceris azymis et in die septimo erit solēnitatis dñi. Per hoc innuitur qd septi- ma dies paschalis erat ita so- lennis: sicut prima. Leteri autē dies intermedii non erant ita solennes. Non apparet apud te aliquod fermeatum. Illud excepit frequenter repetitū: vt dicit in textu. primogeniti asini mutabili ove. De primo genitis eis animalium lumento. solennes. Non apparet apud te aliquod fermeatum. Illud inter quod dicitur: Et dñs om est primo honorandū qui dicit August. Unde potest fieri ratio: Tertia beneficia debet esse gratiarum actione: sed in primogenitū hebreorū fuit singularē dei beneficiū eo qd liberari sunt nullo pereunte: tā de dominibz & de aliis. Igis in ipsis debet esse gratiarum actione: qd sit cum deo offeruntur. Igitur.

**C**onsequenter idem Moy- ses aggrederit intentum/agēs forti/ scz interficiendo primogenitū pharisei olim occi- sione huic scribebat: Et dñs per hoc solum vo- luit indicare qd illud quod ibi terminatus p. indeterminato- miter memorie. Et sic parer sicut ibi Sene. xx. Dixit Ias- de hisq; hic repert Moyes/ cob: Cras respōdebit mihi ius- sive interserit de solennitate stiria mea) dices: Quid ē hoc paschali.

**C**onsequenter idem Moy- ses aggrederit intentum/agēs forti/ scz interficiendo primogenitū Egyptiorū eduxit nos torum populi hebreorum/ dñs de frā zē. Idcirco. i. in me- cens: Cumq; introducerit te moriam tātī beneficiū immolo dñs in terram Chanaan i que dñs omne qd aperit vuluum. i. quod

## Clausula prima. fo.cxxij.

qd primo nascit masculini se- tur. Nā tēpore legis antiq; pris- tis supp̄e redimat. Quod sicut sequit: Et erit quasi signū in manu tua zē. Per hoc vult dñs qd predicta memoriter re- tineant absq; villa obliuione. Circa hunc textum possunt moueri multa dubia.

**C**ontra istū dubium: Cur dñs voluit tam specialiter & tā stri- cte primogenita sibi offerri ho- minū/ scilicet & pecorū. Dicen- dum qd ppter duo. Primo qui- dem in recognitione perpetua interfectionis primogenitorū Egyptiorū & liberationis sue preferuerunt primogenitorū filiorū Israhel. Secundo vero in signū funim creatorū & dñs om est primo honorandū qui dicit August. Unde potest fieri ratio: Tertia beneficia debet esse gratiarum actione: sed in primogenitū hebreorū fuit singularē dei beneficiū eo qd liberari sunt nullo pereunte: tā de dominibz & de aliis. Igis in ipsis debet esse gratiarum actione: qd sit cum deo offeruntur. Igitur.

